

10. Ait Propheta Amos cap. 1. nu. 2. Dominus de Sion rugiet, & de Jerusalem dabit vocem suam.

Vox Dei terribilis, & suavis. de Sion rugiet, & de Jerusalem dabit vocem: Sion idem valet, ac specula, sicut & Jerusalem.

11. Dicitur Ecclesiast. 1. nu. 15. Initium sapientia timor Domini; quod compone cum his, quæ dicuntur eodem cap. 1. num. 22. Corona sapientia timor Domini: Spiritum, & corona opponuntur inter se, tanquam principium, & finis; si ergo timor est initium sapientia, quomodo potest esse corona, quæ ut præmium est suis merito- rum?

D. Lau. Jult. Corona sapientia, timor Domini, magna enim salutis spes, & maxima in profectu virtutum causa est timor Domini; quia te possidentem sollicitum reddit ad peregranda, quæ Dei sunt.

QUÆSTIO III.

Quare mirifice sancta Theresia accepit suam lampadem, eamque ornavit, qua ad cœlestes nuptias intravit?

12. DE quinque prudentibus Virginibus dicitur: Acceperunt lampades suas, ornave- runt, & intraverunt cum eis ad nuptias. Beata Theresia accepit lampadem suam ex divina bonitate magna gratiarum copiâ, quam Deus multa liberali manu luculenter ei concessit, ut ipsa exclamans, in eis modum imponi deprecatur, ne de sua conditione facile oblivisceretur; sic Deus tam magnifico cumulo eam locupletabat, ut ad summum sanctitatis apicem eveheretur.

Genes. 12. multus est Deus in explicando loco, de quo mandat exire Abrahamum: de terra, & de domo Patris tui, de familia tua. Cur ergo etiam saltem leviter non ei insinuat- ur plaga, ad quam debet ire, sed absque meta, & termino ei dicitur: Veni in terram quam monstravero tibi. Præclare D. Basilii Seleucus Orat. 7. ait; Veni in terram, quam monstravero tibi: locum occultat, ut animi constantiam exer- ceat; metam celat, ut cursum contemdat: Cur sus meta non proponitur Abrahamo; nam il- lius animi virtus, constantia, ac promptitudo metiri, ac mensurari non poterat; sed supra to- tum mundum extendebar. Valde diversimodè Deus & Abrahamus illius conditionem appen- debant: Abrahamus quid valde minimum & vile de se sentiebat, tanquam quid minimum, & infimum naturæ humanæ, cum de se dice- ret: pulverem, & cinerem. Genes. 18. nu. 27. ac proinde omnium indignissimum, tamen divi- na gratia aliter ordinabat, ut inter terminos humanæ naturæ ad magnum perfectionis api- cem elevareretur, & nullo orbis termino siste- ret: locum occultat, ut animi constantiam exer- ceat: sic & Theresia, quavis de se parum ju- dicaret, & inde modum in donis exoptaret; tamen Divina Providentia sic disponebat eam exaltate, ut ejus virtus esset immerata, & sine meta, ac termino cresceret.

13. Intraverunt cum eo ad nuptias, & tam pe- culiarity, ac magnificè intravit Theresia ad nuptias divini Sponsi, ut non solum eam ha- beret Christus secum in sua gloria. sed etiam venerabili Annæ à S. Bartholomæo ostenderet Christus Theresiam habere in corde suo repo- sitam ut in sua sede, seu veluti quadam pretio- sissima theca in corde, ac pectore suo. De Da- vide pro eximia, ac singulari laude decantatur à Sacra Scriptura, quod fuit vir secundum cor Dei: Quasi vir Dominus sibi virum juxta cor suum, 1. Reg. 13. n. 14. quo maxime omnes Sancti Patres David merita, ac virtutes celebrant, & extollant. Pro quo audiendus est D. Chryso- stom. homilia de David & Goliath: postquam multis exaltati ac laudat Davidis virtutes, cum ad tantum apicem sit elevatus, ut dicatur Vir secundum cor Dei, ait: Dum, inquam, David cordi Dei cor proprium jungit, & menti ejus mentem suam adnectit; hoc est, ut quæ vult Deus, velit; & quæ non vult, similiter nolit: sic eum Dominus individuo amore, & conjuncta cha- ritate dilexit. Perpende ultima verba in rem nostram: si ergo ex eo quoddam David erat juxta seu conjunctus cordi Dei, erat summo, ac exi- mio amore dilectus, ac in magna charitate ha- bitus: sic eum Dominus individuo amore, & con- junctâ charitate dilexit: Quamto magis ergo B. Theresia erit singulari, ac individuo amore, ac inexplicabili charitate dilecta, cum non sit juxta, ac secundum cor Dei, sed in ipsomet corde Dei sedeat, & requiescat, ut in habita- culo suo?

14. Loquens de Christo D. Joannes cap. 1. n. 17. Unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit nobis. Græcus habet: Unigenitus, qui est corde Patris. Dicitur in corde Patris, latè, quia æ- ternus Patris cum sit purus Spiritus, non habet cor, nec oculos; sed quia ob limitationem nos- tri intellectus non possumus intelligere Divi- na, prout in se sunt, sed per analogiam ad creatas: Dicitur

Dicitur ergo, quod filius unigenitus sit in cor- de Patris, ut explicat D. Athanasius lib. 3. de Trinitate. Noster D. Cyrill. Alexandr. lib. 1. in Joannem, cap. 2. D. Chrysof. homil. 14. D. Au- gustinus, & alii, ut hoc metaphoricò modo de- claretur, ac explicetur illa summa, intima, & substantialis identitas, quæ per essentiam, ac naturam datur inter Patrem, & filium simul cum substantiali, ac perfectissimo amore, dicitur, quod unigenitus filius Dei est in corde Pa- tris; nam vivens magnam conjunctionem, ac unionem, & amorem habet cum suo corde, à quo ejus vita dimanat, ut à suo principio. Eun- dem ergo cordis locum quem Æternus Pater dat filio suo Unigenito ad manifestandam suam intimam unionem, ac amorem substantia- lem erga eum; dat ipsemet filius Unigenitus Theresiæ, spiritualiter eam constituens in cor- de suo, tanquam in sua sede, ac habitaculo ad ostendendam suam intimam unionem, ac amo- rem erga eam per gratiam, ac benevolentiam, & participationem, qui est modus, quo Deus creaturis se communicat; nam per essentiam, & substantialem identitatem hoc solum datur inter personas Divinas.

Intimus amor, ac unio inter Christum & Theresiam.

QUÆSTIO IV.

Illustrissima B. Theresia pro se, ac toto mundo, ornavit lampadem suam?

15. ORnaverunt lampades suas: non solum Theresia ornavit lampades suas, ut luce- ret, ac fulguraret suâ personâ; sed etiam ut in- gentes lucis radios per totum orbem diffunde- ret per filios, ac filias suas. Cùm septem esset annorum, à domo paterna aufugit, ut in Afri- cam transiret, ubi vitam pro Deo profunderet; à patruo revocatur, & Dei consilio tantum opus aggreditur, quo nullam majus potest esse in pura creatura, quàm vitam dare pro Deo: Nemo majorem charitatem habet, quàm ut ani- mam suam ponat quis pro amicis suis: Cur er- go, bone Deus, tam admirabile opus ad totius Orbis exemplum non permittis? Abrahamus erat eximius Prædicator, ac Doctor fidei unius Dei veri creatoris cœli, & terræ. Ubi nos ha- bebimus, Abraham pertransiit usque ad valem illustrem: Genes. 12. num. 6. ex Hebræo legitur: Pertransiit usque ad quercum Doctoris; pro quo alia dixi supra, cap. 23. q. 2. Ex quo indignati idololatæ eum conjeceant in medium ignis, à quo mirabiliter eum Deus liberavit. Genes. 11. n. 31. Eduxit eum Dominus de Ur Chaldaeorum; & clarius Esdra 2. cap. 9. n. 9. Elegit Abraham, & eduxit eum de igne Chaldaeorum: si Abraha- mus tam generosè offert vitam suam in sacri- ficium, ac holocaustum Deo, cur non moritur cum undecim millionibus Martyrum, ut retuli 2. tom. in Apoc. qui vitam effunderet pro Deo; cur ergo Abraham etiam non dat vitam, sed præservatur. Abrahamus destinatus erat à Deo ut produceret stellarum generationem, utque esset stellarum Pater: Faciam semen tuum sicut stellas cœli. Genes. 15. n. 5. & gratior extitit Deo stellarum generatio Abraham, quàm quodcum-

Gen. 15.

quæ aliud sacrificium, ac holocaustum vitam ipsius. Non moriatur Theresia, & Deo ordo- nata est erat ordinata, ac disposita, ut esset stellarum mater, generationemque stellarum in Ecclesia germinaret, quibus ipsa Ecclesia maximè fecundatur, illustratur tot, ac tantis radiis virtutum religionis, ac reformationis, abluentia, poenitentia, ac doctrina, quo nihil gratius, ac jucundius poterat à Theresia Deo exhiberi.

16. Multa magnificentia, ac apparatu se ostendit Christus D. in Apocalypsi, 1. n. 16. indutus præclarâ veste, pedesque zonâ aurâ præcinctus, capilli candidi ut lana alba: Et habebat in dextera sua stellas septem: si cum tanta magnifi- centia Christus apparet, cur non potius Sol, & Luna, magna cœlorum luminaria, in ejus mano non resurgent? Esi hæc magna luminaria sunt, tamen Sol suas patitur eclipses, & Luna suas maculas, ac notas; at stellæ horum omnium sunt expertes, nec aliqua eclipsi, vel notâ sub- dantur; stellæ Theresiæ nulla nota maculan ut, sed ubique nitent splendissimis Religionis, reformationis, ac scientiæ, & sapientiæ radiis, quibus totum implent orbem.

17. In illo admirabili, ac triumphali Dei corru Ezechielii demonstrato, in quo multa, & alta Dei mysteria resplendet, inter cætera ad sonitum illius animadverto; ait Propheta cap. 1. num. 24. Audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei, cum ambularem, quasi sonus erat multitudinis, & quasi castrorum. Valde mirabilis erat ille so- nus tot similitudinibus involutus, ut sonus subli- mis Dei: seu ut habet Hebræus. Omnipotentis Dei: sed quid habet sonus sublimis, seu omni- potentis Dei cum sono alarum, aquarum, mul- titudinis, ac castrorum? Multum per omnem modum vox sublimis, seu omnipotentis Dei, sonat veluti sonus multarum alarum, quæ per totum orbem volitat: sic & vox Dei, in toto mundo sonat, & clamat; est ut vox aquarum multarum, quæ cœlesti rore suæ doctrinæ, ac sapientiæ totum mundum irrigat ac fecundat; est veluti multitudinis, quæ Dei laudes intona- nt, & resonant: Vox Theresiæ vox multitu- dinis; nam inops Virgo triginta duo monas- teria potuit ædificare, & ut vox castrorum victo- riam acclamantium: Vox Theresiæ, vox ca- strorum, ad diabolum, ac omnia illius tenta- menta debellanda, ad quod in omnes Orbis partes misit filios, & filias suas in Italiam, Gal- liam, Belgium, Germaniam, ac in varias partes totius Hispaniæ, qui in se diffusi sunt in omnes partes, ad fidem Christi propa- gandam. Vide quæ dixi de S. Theresia tom. 4. cap. 1. q. 9. 10. 11. & 12. & tom. 1. in Apoc. 11.

Talenta distributa.

QUÆSTIO V.

Quare non ad unum gaudium, sed ad multiplex Dominus servum bonum vocat?

Ait Christus D. in præsentî, nu. 14. Homo quidam peragrè proficiscens vocavit servos suos,

suos, & tradidit eis bona sua, & uni dedit quinque talenta, alii vero duo, &c. Et profectus est statim. Quod Evangelium explicavi tom. 4. cap. 5. & notandum, quod distributus talentis statim proficiscitur: per talenta intelliguntur honores, officia, dignitates, & ex eorum nempe divisione, ac distributione, multi displicentes, ex eo quod non sunt admissi, obmurmurant contra Dominum, quos ut non audiret Bonus Paterfamilias, statim ac citò discessit, & profectus est: Antequam Christus D. creasset Pontificem suæ Ecclesiæ, eique actualiter tradidisset oves suas, *Pasce oves meas*: Joan. 21, n. 16. prius suis Apostolis dedit Spiritum Sanctum: *Accipite Spiritum Sanctum*: Joan. 20, n. 22. quia dignitas uni data, ut aliis sit pausibilis absque querimoniis, veluti requiritur ad ventus Spiritus Sancti, qui eorum corda gratiâ, & amore repleat. Vide quæ dixi supra, cap. 20. q. 3. n. 11.

Valde difficile honores, ac dignitates divideret. Joan. 21. Joan. 20.

19. Textus.

Hugo. Gaudium beatorum ex omni parte.

20. Hugo. Vid. Triplex gaudium.

Ad Philipp. 4. Gaudet iustus de laboribus superatis pro Deo.

Ad nostram questionem. Post multum verò temporis veniens Dominus, & videns, quod ille, qui quinque talenta acceperat, alia quinque superlucratu est, ait illi: *Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam*: intra in gaudium Domini tui. Quæ omnia citato c. 5. 2. explicavi: Nunc iterum voco in examen illud, *Intra in gaudium Domini tui*: Quod bellè explicat Cardinalis Hugo: *Intra in gaudium Domini tui, ut ex omni parte sit gaudium: sursum visio Dei; deorsum visio inferni: intus gloria conscientia; exterius decor omnis creatura: non dixit intra gaudium, sed in gaudium, ut possessor gaudii, non spectator. Ecce supremum beatitudinis gaudium, ex Dei visione, ac fruitione, ex pœnis Inferni evitatis, ex quiete, ac consolatione pacatæ conscientia: ex aliis circumstantibus beatis gloriosis; exque possessione ipsius beatitudinis, non est tantum illius spectator, sed etiam possessor in omnibus bonis, ac dotibus illius.*

Quam plenum sit illud supremum gaudium, optimè explicat Hugo Vid. lib. 3. Misc. tit. 126. ad citata verba Matth. *Intra in gaudium Domini tui*. Et sic ait: *Triplex est gaudium: est gaudium sæculi: est gaudium tui: est gaudium Domini tui. Primum est de terrena affluentia: Secundum de conscientia bona: Tertium de æternitatis experientia.* Et post pauca subdit: *Ad primum exivit homo, cum exiit de Paradiso: Ad secundum venire incipit, cum per fidem reconciliatus est Deo: Tunc ad tertium pervenit, cum videndo ipsum sicuti est, in æternum fruatur ipso.* Primum Iustorum gaudium est de terrena affluentia, non ut terrena bona possideantur, sed ut dimittantur; non ad requiem; sed ad laborem, ut Adamus exivit de Paradiso ex terram germinantem spinas, & tribulos, ut eam in sudore vultus sui operaretur. Ait Paulus scribens ad Philipp. 4. n. 1. *Frates charissimi, gaudium meum, & corona mea.* Cur eos appellat gaudium suum, & coronam suam: quia ex laboribus, quos pro ipsis perpeffus erat, *ter manfragium feci, ter lapidatus sum*: in eam magnum gaudium percipiebat, indeque ei corona componebatur in Cælis. Cornelius ait: Paulus videns eos à se conversos in fide, & virtute perflere, & crescere, ex laboribus, quos in illis convertendis, ac perficiendis impenderat, & etiam impendebat,

sperabat à Deo accipere coronam gloriæ. Iustum gaudium est pati, & laborare pro Deo.

Secundum gaudium est de conscientia bona. Quo nullum est majus, & excellentius gaudium in mundo. Unde ait D. Ambrosius lib. 2. de offic. cap. 1. *Vitam beatam efficiunt tranquillitas conscientia, & securitas innocentia.* Scribens Paulus ad Corinthios 2. cap. 6. n. 10. ait: *Quasi tristes, semper autem gaudentes.* Nota, quod non ait: *Tristes*, sed: *Quasi tristes*; ac si tristitia esset in eis tanquam per similitudinem, & umbram; gaudium verò petente, ac solidum; sed unde fieri potuit, quod tot tribulationibus, angustiis, pœnulis, calamitatibus, tanquam vexati, & oppressi, non essent verè tristes, sed quasi tristes, & semper uberimè gaudentes: à bonâ, sanâ, & rectâ conscientia, quæ veluti à nullo malo superari, nec vinci potest, sed omnia superat & extinguit, ut aqua favillam. D. Chryl. homil. 25. ad populum Antioch. sic ait: *Quemadmodum si exiguum scintillam in lacum acriter profundum; statim extinxeris, itidem & omnis tristitia superabundantia in bonam missa conscientiam extinguitur; proprie rea quidem, & semper Paulus gaudet, quoniam interius secundum Deum confidebat.* Servi Joseph cum Benjamin arguant de furto, & dicunt: *Scyphus quem furas estis, ipse est, in quo Dominus meus bibit, & in quo augurari solet.* Gen. 44. n. 3. Augurari explicat Rupert. lib. 9. in Genesim, idem esse, ac prophetizare; ac bona dicere, bibere, & inebriari, id est, jucundari, ac delectari: & qualis esset iste scyphus, explicat Petrus Abbas Cellens. libello de conscientia, ait: *Conscientia bona, & scyphus Joseph, in quo augurari, & inebriari solet animus.* Bona conscientia est Scyphus Joseph, in quo bibit, id est, gaudet, ac delectatur.

Ad tertium pervenitur, cum videndo ipsum sicuti est, in æternum fruatur ipso. Tertium gaudium est ex clara Dei visione. Ait Paulus ad Philipp. 4. n. 4. *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaude: multiplex gaudium annuntiat, & hoc non ad tempus, sed continuum & semper, & unde hoc habet tale gaudium? quia est in Domino.* D. Chryl. hom. 18. ad Populum, ait: *Non simpliciter dicit, gaude semper, sed addidit continua voluptatis causam, cum dixit gaude in Domino semper.*

Inter Judæorum agmina exclamat Stephanus Act. 7. n. 55. *Vide cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei.* Et lapidum ingentes imbres in eum mittuntur, inter quos ipse positus clamat: *Non statuas illis hoc peccatum.* Nil de lapidum ictibus, nil de suis vulneribus, ac plagis loquitur, quibus tanquam in frustra frangebatur: sed tantum ad illorum peccatorum plagas erat intentus: Cur non potius sua vulnera, suoque dolores, ac cruciatus Deo offerret? Non mirum: viso Jesu, sic lætitiâ, ac gaudio replebatur, ut jam nil doloris in se sentiret, ac agnosceret, sed tanquam dolorum expertus, de aliis agebat. D. Hilarius Arelatensis, qui ibi ait: *Vides quod spectans intus armat constantiam triumphantis? digne parentibus celi portis comparatur cælum, bella desudant, ac si dum occupatur in stupore, ac amore cælestium Stephanus, non turbatur duro saxorum sinbre.* Dum nobilis Christi athleta præ oculis habet Christum in gloria suæ majestatis, ad Patris sui dextram,

21. D. Ambrosius.

Magnum gaudium de bona conscientia.

D. Chryl. Bona conscientia tristitia, & malum, ex laudat, & gaudium producit.

Gen. 44. Rupert.

Petrus Cell.

Ex Dei visione gaudium petente.

Philipp. 4. D. Chryl.

Act. 7.

Stephanus videns Christi majestatem, dolores, & lapides non sentiebat.

D. Hilarius Arelatensis.

dextram, sic gaudio, ac jucunditate exuberat, ut dolores, cruciatus, ac plagas pro nihilo habeat.

QUÆSTIO VI.

Quare tantis laudat Dominus servum fidelem? Agitur de N. Beato Andrea Corsino.

24. **B**ono servo ait Dominus: *Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis: super multa te constituam.* Vox illa; *Euge*, vox est Domini exultantis, ac lætantis de bono servo fidei, & de magnoque ejus lucro reportato, de magnoque præmio ei à Domino conferendo. Notat D. Thomas, quod de tribus laudat Dominus servum. Primum eum commendat de humilitate, cum ait: *serve, quia recognoscebas se esse servum ejus. Item commendat eum de bonitate per hoc quod dicit; Bone, quia proprie bonum est diffusivum sui: Unde bonus multiplicavit bonitatem. Item à fidelitate, quia non sibi retinuit, sed Domino obtulit.* Ex quibus auspiciari licet magnas virtutes B. Andræ Corsini.

25. Et primò ejus humilitas maximè resplendit, quæ se servum, & non dispensatorem existimabat: nam cum eligeretur Episcopus, fugiens dignitatem, abscondit se apud Carthusianos, donec divinitus voce pueri manifestaretur. Saul com electus esset rex super Israël, abscondit se domo: 1. Reg. 10. num. 22. donec celesti indicio est manifestatus. Abulens. *Absconderat se Saul ex humilitate, quia judicabat se indignum à tantum principatum.* Et ideo Deo disponente, ad Regnum summo applausu erectus est statim super duo regem tribus: David autem primò regnavit solum supra unam tribum Juda: 2. Reg. 2. n. 4.

Cum populus Israël ex Dei mandato recensetur, omnium primus nominatur ex tribu Ruben; *Elisur filius Sedeur.* Numer. 1. n. 5. & cur iste ex tam numeroso populo primus omnium ponitur? *Elisur* idem est ac filius patris fortis: *Sedeur*, hoc est, absconditus; cuius filius erat vir doctissimus, omnium magister, qui omnes virtutes, ac sapientia antecedit; & tamen cum tantus, ac talis esset, maximè intendebat sese abscondere, ac ab omnium oculis subtrahere; at exinde alta Dei providentia eum manifestat, ac ostentat, ut in capite omnium, ac ante ipse ponatur, ac scribatur, ut ipse ex hoc maximè notus, ac publicatus habeatur. Rabbanus ibi: *Elisur idem est, ac pater meus fortis; cuius verò filius Sedeur interpretatur absconditus: qui enim auctoritate magisterii, & paternâ disciplinâ subditos bene regit, & corrigit, nec foris ad laudem hominum sed in abscondito cordis ad Dei gloriam spectat, jure princeps est tribuum.* Et cum esset tam illustri virtute, erat tamen absconditus, ut ex patre hauserat, proindeque divina virtute demonstratur, ac declaratur.

Secundò laudatur servus ex bonitate, quæ rara, & admirabilis cernitur in Beato Andrea Corsino; & inde maxime declaratur ex perpetua ejus abstinentia, ac pœnitentia, ex continua jejuniis in pane, & aqua, ex ferrea catena;

In de Corsinus ad dignitate assumitur, quia absconditus eas aufert.

1. Reg. 10. Abulens.

2. Reg. 2. 20.

Numer. 1.

Rabban.

27. Ex magna pœnitentia colligitur magna virtus Andrea.

quæ corpus cingebatur, multiplicatis, ac frequentibus disciplinis, ex duro, ac aspero lectulo, in quo paululum requiescebat. Scribens Paulus ad Roman. 12. n. 1. ait: *Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, ut exhebeatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, Deo placentem, &c.* Valde mirum est, quod magnus Apostolus totus sit in recommendanda corporis puritate, ac munditiâ, & nullam facit de anima mentionem, cum potius de ipsa esset agendum, tanquam à fonte, ex qua omnis nostra justitia dimanat. Pœclare D. Chryl. serm. 109. D. Chryl. ait: *Quid est, quod tacetur anima, & solum corpus ad Dei hostiam vocetur? hoc Apostolus cupit solvere, ut corpus ad originem animæ commendat.* Solum Apostolus commemorat corpus, & non animam, quia si corpus totum perfectè sub mortificatione ad Dei legem compositum apparet, jejuniis, cilicio, abstinentia, evidens est, quod interior anima tota in amore Dei sit inflammata. Cum ergo austeritate B. Andræ cum tam severo rigore, cum eximio sui animi candore, ac simplicitate essent omnium oculis evidenter aperta: inde ejus animi integritas cum eximia Dei charitate aperiebatur.

Ait etiam D. Thomas, quod dicitur, *Serve bone, quia bonum est sui diffusivum.* Et maxime hoc videtur in B. N. Andrea, qui sic erat sui diffusivus, ut omnia sua in pauperes, debiles, ac peregrinos, quos quotidie recipiebat, expendere, quam charitatem hausit à sacris Apostolis, qui fuerunt primi Episcopi, ac Prælati totius Ecclesiæ, & omnium norma: nam illi primi fideles omnia, quæ habebant, ad pedes Apostolorum deferrebant, quæ ipsi non sibi metipsis retinebant, sed per omnes dividebant, & inde consequens erat id quod dicitur: *Neque enim quisquam egenus erat inter illos.* Act. 4. num. 34. Si enim Prælatos omnia sua dividit inter subditos, non est quisquam egenus. Si vero omnia sibi retinet, omnes necessitates laborant. Sacri Apostoli constituerunt septem Diaconos, Act. 6. num. 1. Qui viduis, pupilis, ac egenis ministrarent omnia necessaria ad mensuram, ut notant D. Chryl. O. cumen. Beda, & alii; non constituerunt Diaconos, ut ipsis Apostolis providerent, sed ut providerent egenis, ac pauperibus, & hoc ad mensuram, spectatis ætatibus, ac necessitatibus tam in amicos, quam extraneos, & alienos: Describit Apostolus Paulus 1. ad Timotheum c. 3. n. 2. & ait: *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, Doctorem.* Cum ad virtutes, quæ ad proximum tendunt, accedit Apostolus, commendat eum, quod sit hospitalis: cur non commendat eum charitativum; elemosynarium, benignum, sed hospitem tantum dicit? Hospitalitas, ut notat ex D. Chryl. hom. 18. Rupertus Paulus Borgenis ad cap. 18. Genesim: *Respicit extraneos, ac alienos à patria, & terra sua.* Hinc Apostolus commendat Episcopo hospitalitatem, quia insigniter Episcopi charitas resplendet, ac fulget, dum extraneos, ac alienos amplectitur, ac recipit, ut exacte, & ad unguem B. Andræ adimplebat.

Tertio commendatur servus de fidelitate, *Quia non sibi retinuit, sed Domino suo*

29. Magna,

Rom. 12.

D. Chryl. ait: Quid est, quod tacetur anima, & solum corpus ad Dei hostiam vocetur? hoc Apostolus cupit solvere, ut corpus ad originem animæ commendat. Solum Apostolus commemorat corpus, & non animam, quia si corpus totum perfectè sub mortificatione ad Dei legem compositum apparet, jejuniis, cilicio, abstinentia, evidens est, quod interior anima tota in amore Dei sit inflammata. Cum ergo austeritate B. Andræ cum tam severo rigore, cum eximio sui animi candore, ac simplicitate essent omnium oculis evidenter aperta: inde ejus animi integritas cum eximia Dei charitate aperiebatur.

28. Andreas maxime diffusivus in pauperes.

Act. 4. num. 34. Si enim Prælatos omnia sua dividit inter subditos, non est quisquam egenus. Si vero omnia sibi retinet, omnes necessitates laborant. Sacri Apostoli constituerunt septem Diaconos, Act. 6. num. 1. Qui viduis, pupilis, ac egenis ministrarent omnia necessaria ad mensuram, ut notant D. Chryl. O. cumen. Beda, & alii; non constituerunt Diaconos, ut ipsis Apostolis providerent, sed ut providerent egenis, ac pauperibus, & hoc ad mensuram, spectatis ætatibus, ac necessitatibus tam in amicos, quam extraneos, & alienos: Describit Apostolus Paulus 1. ad Timotheum c. 3. n. 2. & ait: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, Doctorem. Cum ad virtutes, quæ ad proximum tendunt, accedit Apostolus, commendat eum, quod sit hospitalis: cur non commendat eum charitativum; elemosynarium, benignum, sed hospitem tantum dicit? Hospitalitas, ut notat ex D. Chryl. hom. 18. Rupertus Paulus Borgenis ad cap. 18. Genesim: Respicit extraneos, ac alienos à patria, & terra sua. Hinc Apostolus commendat Episcopo hospitalitatem, quia insigniter Episcopi charitas resplendet, ac fulget, dum extraneos, ac alienos amplectitur, ac recipit, ut exacte, & ad unguem B. Andræ adimplebat.

D. Chryl. Rupertus Borgen. Prælatos expendit bona non in suos, sed in alienos.